

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rei rvsticae libri qvatvor

Heresbach, Conrad

[Spira Nemetum?, 1603

Ianuario

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)



BREVIARIUM
 AGRICULTURAE, OPERVMQVE
 RVSTICORVM PER
 menses digestio.

IANVARIO mense.

OPTIMA commodissimæque opera, segetibus triturandis impenditur, maxime cum gelat, quod tum facilius excutiantur frumenta.

Materia optimè ceditur hoc mense, ac per totam brumam, luna sub terra existente, & decrescente à vicesima ad tricesimam: vt Vitruuius tradit lib. 2. cap. 11. & Gell. 11. cap. 2.

Porci saginati mactantur.

Quibusdam locis hætenus glandibus saginantur.

II Hoc

Hoc mense lardi, pernarum, echini, raparum. iusta conditura, Colum. & Pallad.

Locis tepidioribus, nisi gelu, & nives impediunt, vites ablaqueantur, & circa radices terra aperitur, ut solis tepore atque imbribus prouocentur. Columell.

Arbores putantur, ablaqueantur, & runcantur, arida superfluaque refecantur. Colum.

Etiam vites putantur, sed cauendum, ne matutinis pruinis, ac gelicidiis sauciantur.

Musco arbores liberantur, agris cinere inperso.

Arbores transplantantur, si per gelu & nives liceat, id quod & precedenti, & sequenti mense fit.

Tribus hisce bruma mensibus peritica saligne panguntur utiliter, si per tempestates conceditur.

Fimus, sereno calo, stercorandis agris exportatur.

Prata locis apricis & aridis macrisue purganda. Col.

Quibusdam locis aratur. At vulgus rusticorum magis optat hoc mense lupum, quam aratrum in agro conspicerere.

Calidioribus regionibus lactuca feritur,

14 Februar
tam, cruce, 1
mensi seruntur
mensibus.
Vepres in ag
in agris occu
Agni matu
caractere sug

ut Februario transferatur: Item, Nasturtium, eruca, nuces iuglandes, amigdale hoc mense feruntur, etiamsi liceat id alius quoque mensibus.

Vepres in agris attenuandi, ne incremento suo agros occupent.

Agni maturi, & reliqui pecudum foetus, caractere signandi. Colum.

II ij FEB.